51 Quo verò ad Canonicum, reſpondetur idcircò fuiſſe illi aſſignata emolumenta, quia in his omnes redditus Capituli conſiſtunt : quo caſu, ex juris communis diſpoſitione debentur ſine diminutione, Canonicis abſentibus ſtudiorum causâ, quia ſuccedunt in locum præbendæ ne alioquin detur Canonia ſine præbenda & privilegium ſit eluſorium : ita tenet gloſſa communiter approbata *in d. c. Licet* in verbo *Diſtributiones*, verſ. *Sed quid dices*, *de præb.* & latiùs oſtenſum eſt ſuprà *in*
52 *5. not.* Et hoc caſu cùm ſcilicet univerſi Capituli redditus quotidianis diſtributionibus conſtant : Sacra Congregatio conſuevit reſcribere, ut Canonicis ex legitima cauſa abſentibus aſſignentur duæ tertiæ illarum partes, amiſſâ aliâ tertiâ quæ inſervientibus accreſcit propter Decretum Concilii, *cap. 3. ſeſſ. 21.* ut ſcripſi *in d. cap. De cætero in fine*, *de Cler. non reſident.*

53 Opponitur ſecundò, Archipresbiter dum intereſt Divinis, percipit duas partes horum proventuum : ergò non ſunt diſtributiones quotidianæ, quæ non debentur duplicatæ eidem perſonæ ratione duorum officiorum ; non enim magis præſens eſt qui ſimul Archipresbiter & Canonicus eſt, quàm qui ſolus Canonicus, *c. Cùm olim de re judic.*

Sed objectum tollitur, quia ſecundum magis communem Canoniſtarum opinionem obtinenti in eadem Eccleſia dignitatem cum Canonicatu debentur duplices diſtributiones quam ſecuti ſunt Joannes Andreas, Abbas & Felin. *in d. c. Cùm olim* ; & de communi teſtatur Covar. *lib. 3 var. reſol. c. 13. n. 6.* & ita reſpondit Sacra Congregatio in cauſa Alberti Luti Archipresbiteri & Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Senenſis, die 7. Maii 1602.

54 Opponitur tertiò, quòd cùm ex prædictis proventibus deducantur onera ſpoliorum & decimarum Papalium ; hinc etiam videtur inferri, ut non ſint quotidianæ diſtributiones, quæ hujuſmodi oneribus non ſunt obnoxiæ, dict. Extravagant. *Poſtulaſti*, §. *Licet autem*, *de præb* Gemin. *conſ. 58. n. 18.* Mantica *conſ. 1. per tot. lib. 1.* Ferret. *conſ. 237. per totum*, *libro 2.*

55 At reſpondetur ut ſuprà ad primum oppoſitum, videlicet id non procedere hoc caſu in quo univerſi Capituli redditus conſiſtunt in diſtributionibus, ut declarat Tiber. Decian. *reſponſ. 43. n. 14. vol. 1.* ubi dicit abſurdum eſſe contrarium aſſerere, cùm præſertim uſus quotidianus doceat de his diſtributionibus ſolvi ſuprà dictas impoſitiones ; & tamen de his ex ſententia S. Congregationis non eſt contribuendum Seminario.

56 Opponitur demùm, quòd in diſtributionibus quotidianis conſuetudine induci non poſſit, ut intereſſentes Choro eas non percipiant, Lap. *alleg. 43. in princ.* Mill. *in repert.* in verbo *Conſuetudo* non valet ; & tamen ex Conſtitutione prædictæ Eccleſiæ, qui abfuerunt per quinquaginta vices, integras diſtributiones amittunt ; ita ut quamvis poſteà inſerviant : tamen nihil percipiant. Ergò ſignum eſt hos proventus non eſſe diſtributiones, quia alioquin Conſtitutio non valeret, ſicut non valet conſuetudo, ut in terminis tradit Lap. *ubi ſuprà in fin.* & Franc. *in c. un.* §. *Statuimus in fin. de cler. non reſid. libro 6.*

57 Cæterùm reſponderi poteſt prædictam Conſtitutionem non diſponere principaliter, ut inſervientes Eccleſiæ nihil lucrentur, ut in caſu Lapi & Franchi, ſed ut abſentes per quinquaginta vices amittant integras diſtributiones. Et quamvis in quandam conſequentiam indè eveniat, ut qui eas amiſerunt ; poſteà inſerviendo nihil lucrentur : tamen hoc non debet at-
58 tendi, ſed quod principaliter eſt actum, l. 1. *ff. de autor. tut.* Bart. in l. *Ambitioſa in 2. reg. de decret. ab ord. fac.* præſertim quia inter utrumque caſum eſt evidens ratio diverſitatis, nam conſuetudo vel ſtatutum ut inſervientes nihil percipiant, propterea non valent, quia ſunt damnoſa Eccleſiæ ; reddunt enim Canonicos, ad inſerviendum ſegniores quibus nulla merces laborum præſtituta eſt ; & ſic deſtruunt finem augmenti cultûs Divini propter quem inſtitutæ ſunt diſtributiones quotidianæ. Abb. *in c. Licet in 2. not. de præb.* Rota *dec. 134.*
59 *in novis.* Dec. *reſp. 69. n. 2. vol. 2.* & conſtat *ex c. 3. ſeſſ. 21.* Conc. Trid. & dictum eſt ſuprà *n. 41.* at per contrarium Conſtitutio prædictæ Eccleſiæ metu pœnæ reddit Canonicos ad inſerviendum promptiores : undè cùm reſpiciat Eccleſiæ utilitatem & Divini cultûs augmentum : potiùs cenſeri debet præſervata à Concilio, arg. *d. c. 3.* verſ. *Salvis tamen*, *ſeſſ. 21. c. 3.* verſ. *Hæc in his tantùm Eccleſiis*, *ſeſſ. 21. & c. 12.* verſ. *Salvis nihilominùs*, *ſeſſ. 24.* Et cùm d. Conſtitutio edita fuerit in augmentum ſervitii Eccleſiæ, operari non poteſt ut prædicta emolumenta ſortiantur naturam fructuum præbendæ, quia cùm fructus hujuſmodi dentur etiam abſentibus ex legitima cauſa, ſublatis diſtributionibus : minueretur ſervitium Eccleſiæ & inducta in augmentum operarentur diminutionem contra l. *Legata inutiliter*, *ff. de adimen. legat.* & l. *Quòd favore*, *C. de Leg.*

60 Sed præter opoſitiones ſuperiùs propoſitas, adhuc videtur urgere contra Canonicos, quod in illis Eccleſiis, ubi redditus diverſi in quotidianis diſtributionibus conſiſtunt, hujuſmodi diſtributiones ſuccedunt in locum præbendæ & ſortiuntur naturam fructuum, ut fusè oſtenſum eſt ſupra *in penult. notab.* ſed ex fructibus præbendæ clarum eſt contribuendum eſſe Seminario : ergò ſimiliter contribuendum eſt ex his diſtributionibus, quæ loco fructuum ſunt ſubrogatæ.

Verùm reſponderi poteſt prædictam ſubrogationem in locum præbendæ habere locum duntaxat favore illorum, qui habent privilegia de percipiendis fructibus in abſentia, ut in Canonicis abſentibus pro ſervitio Epiſcopi, vel in ſtudio Theologiæ & his ſimilibus : tunc enim, ne alias privilegium ſit eluſorium, percipere debent hujuſmodi diſtributiones, quæ loco fructuum ſuccedunt de jure communi
integrè & poſt Concil. Trid. pro duabus partibus, ut dixi 61
ſuprà *num. 51. & 52. & in d. cap. Licet à num. 124. de præben.* At verò in materia odioſa, & reſtringibili, diſtributiones quotidianæ retinent propriam naturam, nec ullatenùs ſuccedunt in locum præbendæ : ad quod induco hanc Decretalem, nam Papa hic mandat aſſignari Canonico privilegiato ſuper fructibus percipiendis, victualia beneficia ſeu diſtributiones quotidianas in quibus univerſi redditus conſiſtebant, ut probatum eſt ſuprà *in 5. not*, & reddit rationem, cur hoc mandaverit, quia ſcilicet beneficia Principum ſunt largiſſimè interpretanda : ergò ut diſtributiones ſuccedant in locum præbendæ, non ex natura rei aut ex proprietate ; ſed per viam interpretationis extenſivæ ; at hujuſmodi interpretatio ſeu extenſio fit in favorabilibus tantùm, non autem in odioſis, quia odia reſtringi & favores convenit ampliari, ut in regula Sexti. *Odia.*

Et in hanc partem aliàs reſpondit Sacra Congregatio Con-
cilii, nam cùm Canonici S. Juvenalis de Narnia non habentes 62
diſtinctas præbendas, ſed omnia bona in communi maſſa diſtributionum quotidianarum quæ poſteà in fine anni diſtribuuntur intereſſentes in genere abſque eo quòd aliquid certi habeant, petierint declarari an iſtæ diſtributiones veniant appellatione fructuum, juxta tradita per Gemin. *in c. Præſenti*, *col. 5.* verſ. *Ex his de offic Ord. lib. 6.* adeò ut qui non emiſerunt fidei profeſſionem, ipſas diſtributiones amittant ad præſcriptum, *c. 12. ſeſſ. 24.* verſ. *Proviſi autem* ; & quatenùs amittant, an cæteris Canonicis accreſcant vel Eccleſiæ debeantur : Sacra Congregatio cenſuit dicendum primò, ut Canonici ſupplicent Sanctiſſimo pro gratia. Secundò, ſi præbenda adeſt diſtincta à quotidianis, Canonicos lucrifacere quotidianas. Tertiò, etiam dato quòd non lucri fecerint : non ideò diſtributiones acceſſuras aliis Canonicis, quia diſtributiones non ſervientium accreſcunt ſervientibus, ſed iſti Canonici ſervierunt, ergò &c. Quartò, ſi contendatur omnes redditus eſſe in quotidianis : licèt aliàs S. Congregatio in una Piſtorien. inclinaverit ut tunc habeantur loco fructuum & ideò perdantur : tamen quia materia hæc eſt pœnalis, cenſuit ampliùs deliberandum.

Sanctiſſimus gratiam fecit prædictis Canonicis, ut quamquàm omiſerint profeſſionem fidei : tamen fructus faciant ſuos, non obſtante Decreto Concilii ; idque ſive fructus ſint verè, ſive & multò magis diſtributiones quas jure lucri feciſſe eos Sanctitas Sua dixit, prout & Congregatio ſua cenſuit ; ſive etiam omnes fructus eſſent in quotidianis : quo caſu quotidianæ videntur loco fructuum, licèt Sacra Congregatio in hac materia pœnali nondùm id declaraverit, ſed in omnem eventum eiſdem Canonicis Sanctiſſimus Gratiam fecit.

Quòd ſi inſiſtas, materiam contributionis Seminarii eſſe favorabilem, propter Eccleſiæ & augmentum Divini cultûs, ut colligitur ex contextu *d. c. 18. ſeſſ. 23.* præſertim hic. *Quorum indoles & voluntas ſpem afferat eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſervituros* ; & hic *Studium præſeferant Deo & Eccleſiæ inſerviendi :* necnon hic. *Ut hoc Collegium Dei miniſtrorum perpetuum Seminarium ſit.* Ergò diſtributiones ſuccedere debent loco fructuum, quemadmodùm ſuccedunt in aliis caſibus favorabilibus & privilegiatis. Reſpondebimus hanc materiam eſſe mixtam ; partim enim eſt favorabilis, reſ-
pectu ſcilicet Seminarii & Eccleſiæ generalis cui ex Collegio 63
ſuppeditantur miniſtri ; partim verò odioſam, id eſt reſpectu Canonicorum quibus ſubtrahitur pars diſtributionum ; & reſpectu cultûs Divini in cujus favorem diſtributiones quotidianæ ſunt inſtitutæ, ut dictum eſt ſuprà *n. 41.* & 58. at diſpoſitio partim favorabilis & partim odioſa reſtringi debet quatenùs præjudicat alteri vel cultui Divino, ut in hac ipſa materia diſtributionum notat Abbas per illum textum *in c. Licet in 2. not. n. 3. de præb.* & conſequenter non eſt locus ſuprà dictæ ſubrogationi. Idque jam probavit Sacra Congregatio, dum
reſpondit ex diſtributionibus quotidianis non eſſe contribuen- 64
dum Seminario : etiamſi dividantur in fine anni ; & in hujus univerſi Capituli redditus conſiſtunt.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

Idem Innocentius III. Epiſcopo Pariſien.

CAPUT XXVII.

NOvimus expedire, ut verbum illud, quod in antiquis canonibus & in noſtro decreto contra falſarios edito continetur, videlicet, ut Clericus per Eccleſiaſticum judicem degradatus, ſæculari tradatur curiæ puniendus, apertiùs exponamus. Cùm enim quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diverſa reſponderint & quorumdam ſit opinio à pluribus approbata, ut Clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium grave, non ſolum damnabile, ſed damnoſum fuerit degradatus tanquam exutus privilegio Clericali, ſæculari foro per conſequentiam applicetur : cùm ab Eccleſiaſtico foro fuerit projectus, ejus eſt degradatio celebranda, ſæculari poteſtate præſente, ac pronuntiandum eidem cùm fuerit celebrata, ut in ſuum forum recipiat degradatum ; & ſic intelligitur tradi curiæ ſæculari : pro quo tamen debet Eccleſia efficaciter intercedere : ut citra mortis periculum, circa eum ſententia moderetur.

Pro illo vero falſario ſcelerato, quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum, ut in perpetuum carcerem, ad agendum pœnitentiam ipſum includas, pane doloris & aquâ anguſtiæ ſuſtentandum : ut commiſſa defleat & flenda ulterius non committat.

SUMMARIUM.

1 *Clericus traditur Curiæ ſæculari, quia degradatur ſæculari poteſtate præſente, cui etiam denunciatur, ut recipiat illum in ſuum forum & n. 3. & 5.*

2 Aliud, *diſtinctio eſt repetitiva ſimilium & facit poſitionem ejuſdem qualitatis ad præcedentia.*

Degradatio fieri non poteſt pro quodlibet flagitio damnabili & damnoſo, niſi in caſibus in jure expreſſis ibid.

3 *Judex laïcus non poteſt prævenire Epiſcopum in proceſſu & ſententia contra Clericum ſuper crimine atrociſſimo niſi poſt actualem degradationem & traditionem Curiæ ſæculari.*

4 *Privatio præſupponit habitum.*

5 *Traditio Curiæ ſæculari intelligitur fieri, quandò ab ipſo Epiſcopo fit degradatio ſæculari poteſtate præſente & pronunciatur, ut in ſuum forum recipiat degradatum.*

6 *Nec requiritur traditio manualis, ſed verbalis.*

7 *Carcer perpetuus eſt gravior pœna quæ poſſit Clericis imponi ab Eccleſia.*

8 *Et proportionatur morti naturali.*

9 *Carcer perpetuus non debet eſſe ita durus, ut infra paucos dies carceratus moriatur.*

Nec debet tantùm ſubtrahi de victu neceſſario, ut veriſimiliter debeat mori.

10 *Et Officiales hæc facientes ſunt homicidæ & irregulares & num. 13. & 14.*

11 *Mors magis eſt afflictiva quæ cum longiori languore fit.*

12 *Miſericordiæ genus eſt, citò occidere.*

14 *Prælatis Regularibus nefas eſt damnare ſubditum, ut fame pereat, præcipiendo aliis ne cibos deferant.*

1 NOvimus. Clericus traditur Curiæ ſæculari, quia degradatur ſæculari poteſtate præſente, cui etiam denunciatur ut recipiat illum in ſuum forum. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Abb. Finis non reſpicit titulum & ſecundum aliquos ponit gratiam de quo per Joan. Andr. *n. 6.* Card. *n. 3.*

In textu hîc, *propter hoc vel aliud flagitium grave non*
2 *ſolùm damnabile, ſed damnoſum fuerit degradatus.* Pondera illam dictionem, *aliud*, quæ oſtendit non pro quolibet flagitio damnabili & damnoſo Clericum eſſe degradandum, & tradendum Curiæ ſæculari, ſed pro illo duntaxat, pro quo expreſsè cautum eſt in jure, ut debeat degradari, nam cum text. primò loquatur de falſario litterarum Apoſtolicarum, de quo eſt expreſſum in jure, ut degradatur, ut hîc *& in cap. Ad falſariorum ſupra de crim. falſi*, & ad hoc crimen ſe referat, dum dicit propter hoc, utique dum poſteà immediatè ſubjungit vel aliud flagitium, intelligi debet de alio ſimili, & ſic de expreſſo in jure : cùm dictio *aliud*, ſit repetitiva ſimilium & facit poſitionem ejuſdem qualitatis ad præcedentia, *l. Si fugitivi* : & hîc gloſſ. *in ver. alia*, Cod. *de ſervis fugit* gloſſ. *in l. 1. ff. Mandati*, Bald. *in l. final. num. 1. Cod. de his qui à non. Domin.* & quamvis Innoc. *hîc num. 1.* generaliter adnotaverit pro quolibet crimine, dummodò ſit damnabile & damnoſum, poſſe aliquem tradi Curiæ ſæculari, tamen hoc non firmat imò ſe poſteà remittit ad ea quæ ſcripſit *in c. Excommunicamus*, *de hæret.* ubi *num. 1.* concludit pro tribus tantùm criminibus poſſe Clericum degradari, videlicet pro crimine hæreſis, pro falſificatione litterarum Apoſtolicarum & pro conſpiratione in proprium Epiſcopum, prout etiam tenet gloſſ. hîc *in ver. Tradatur*, quam communiter ſequuntur Doctores, nec in materia degradationis poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum etiam ex identitate vel majoritate rationis, ut efficaciter probavi in cap. *Cùm non ab homine nu. 66. & 83. uſque ad nu. 90. ſupra de judiciis*, ubi plenè videas.

In textu hîc, *& in ſuum forum recipiat degradatum.* 3
Pondera benè hanc litteram, quia per eam apertè reprobatur opinio Abbatis *in c. At ſi Clerici n. 41. de judiciis*, ubi dixit poſſe dare novam doctrinam quod ubicumque Lex Civilis pro crimine attrociſſimo imponit aliquam pœnam ex ſæviſſimis, poſſit Judex laïcus procedere in Clericum ſuper tali crimine & Epiſcopum prævenire in proceſſu & ſententia ; & eo degradato, legali pœna punire. Hoc enim patet eſſe falſum, quia etiam pro crimine, pro quo expreſſum eſt in jure, ut Clericus debeat degradari, ſicut eſt falſificatio litterarum Apoſtolicarum, de quo hic in text. tamen reus non efficitur de foro ſæculari nec judex laïcus habet in eum juriſdictionem, niſi poſteaquàm ab Epiſcopo fuerit actualiter degradatus ſæculari poteſtate præſente, &

De Maledicis 175

INnotuit. 175

Ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. 59

PRæterea. 59
Quoniam. 68

De Novi operis nuntiatione. 210

CUm ex injuncto. 210

De Pœnis. 261

LIcet. 264
Presbiteri. 261
Tuæ. 267

De pœnitentiis & remiſſionibus. 270

CUm ex eo. 294
Manifeſta. 267
Ne pro dilatione. 297
Officii. 281
Omnis. 285
Quæſitum. 279
Qui Presbiterum. 270

De Privilegiis & exceſſibus Privilegiatorum. 216

CUm capella. 234
Cùm & plantare. 220
Cùm olim, il primo. 231
Cùm olim, il ſecondo. 233
Epiſcopalia. 216
Ex parte, il ſecondo. 239
Ex parte, il terzo. 256
In his. 257
Patentibus. 222
Quanto. 254
Quod nonnullis. 251
Quoniam. 246
Tuarum. 225
Ut Privilegia. 247

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis 90

QUod à prædeceſſore. 90

De Sententia excommunicationis 303

A Nobis, il primo. 305
A nobis, il ſecondo. 316
Contingit, il ſecondo. 341
Cùm illorum. 323
Cùm non ab homine. 303
Cùm pro cauſa. 313
Cùm voluntate. 349
In audientia. 312
Inquiſitioni. 341
Nuper. 319
Perpendimus. 310
Per tuas. 326
Pervenit. 303
Reſponſo. 332
Sacro. 344
Si aliquando. 330
Ut famæ. 326

De Simonia & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur. 24

ACcuſatum. 29
Ex diligenti. 30
In ordinando. 24
Licèt Heli. 40
Mandato. 52
Nobis. 31
Per tuas, il primo. 44
Quoties. 30
Tua nos. 49

De verborum ſignificatione. 352

NOvimus. 357
Olim. 352

De Uſuris 139

COnſuluit. 144
In Civitate. 139
Naviganti. 145

REPERTORIUM,

SEU

INDEX GENERALIS

RERUM AC VERBORUM,

IN COMMENTARIOS

PROSPERI

FAGNANI

SUPER QUINQUE LIBROS

DECRETALIUM,

Alphabeticâ ſerie digeſtus, & juxtà materiarum varietatem ſubdiſtinctus, ſumma cum cura collectus.



COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LIX.

pronuntiatum, ut in ſuum forum recipiat degradatum per hoc enim intelligitur tradi Curiæ ſæculari, ut in littera; & ita ante degradationem & traditionem hujuſmodi reus non intelligitur ab Eccleſiaſtico foro projectus, nec Judex laicus poteſt ſuper tali cauſa ſe ullatenùs immiſcere, ut hic per Joan. Andr. *n.* 3. *in ver. Pronuntiandum*, & Abb. *n.* 7. ad idem cap. *degradatio in fin. de pœnis lib.* 6. ubi præſcribitur forma degradationis ſecundum quam Epiſcopus pronuntiat, *Exuimus te omni ordine beneficio & privilegio Clericali*, ut etiam habetur in Pontificali Romano *in Rubr. de Degradatione*: ergò ante actualem degradationem non erat
4 exutus, quia privatio præſupponit habitum, *l. Decem. ff. de ver. obligat. cap. ad diſſolvendum, de deſponſat. impuber.* Quod latiùs proſequor in primo allegato, cap. *Cùm non ab homine*, *à n.* 83. *uſque ad n.* 92. *de judic.*

5 In textu hìc: *Per hoc enim intelligitur tradi Curiæ ſæculari.* Nota hanc litteram contra eos qui dixerunt degradatum ſtatim exutum eſſe omni privilegio Clericali, nec opus eſſe, ut tradatur Curiæ ſæculari, prout communiter teneri aſſeruit Alciat. *in d. c. Cùm non ab homine n.* 108. *de judic.* quem referunt Villalob. *in ſua Collectar. commun. opinion. litt. C. n.* 71. & Jul. Clar. *in praxi criminal.* §. *fin. q.* 36. *verſ. Scias autem*, etenim cùm degradatio fiat ſæculari poteſtate præſente, quandò Epiſcopus pronunciat, ut Judex laicus in ſuum forum recipiat degradatum, tunc intelligitur facta traditio, ut dicitur in littera: undè benè Joan. Andr. & ſequaces in ſumm. textus dicunt Clericum tradi Curiæ ſæculari, quia degradatur ſæculari poteſtate præſente & ei
6 denunciatur, ut illum in ſuum forum recipiat. Salvari tamen poſſunt Doctores, ſi dicamus non requiri, ut degradatus tradatur, id eſt actu conſignetur in manibus Curiæ ſæcularis quia hoc fieri intelligitur per ipſam degradationem & pronunciationem, ut ſuprà quod benè declarat Joan. Andr. *hìc n.* 3. *in ver. Pronuntiandum*, dicens non ſolùm fit degradatio, ſed etiam pronunciatio verbalis, non tamen fiet manualis traditio, ſicut quidam dicunt ne tam rigidæ juſtitiæ ſanguinis conſentire videatur Prælatus; *cap. Clericis & cap. Sententia, ne Cleric. vel Monach.* & ita non fit traditio actualis, ſeu verbalis, ſecundum Abbatem Siculum *n.* 7.

7 In §. *Pro illo verò* hìc. *In perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam eum includas.* Nota hanc pœnam carceris perpetui, nam ut inquit Innoc. hìc *ad finem* in verbo *In perpetuum*, Eccleſia non poteſt Clericis graviorem pœnam imponere: quod etiam tenet Archid. *in c. In memoriam n.* 11. 19 *diſt.* & Card. *in c. Cùm non ab homine n.* 4. verſ. *Oppono* & poſt eum Aret. *n.* 53. *de judic.* hujuſmodi pœna detruſionis in
8 Monaſterium ad agendam pœnitentiam, eſt loco ultimi ſupplicii & proportionatur morti naturali: ſaltem in eo caſu in quo ſic detruſus ſuſtentatur pane doloris & aquâ anguſtiæ, juxta textum hìc; minor enim pœna eſt ſtatim mori quàm diù affligi & ſalutem non ſperare.

9 Cæterùm adverte, quia Officiales qui condemnant Clericos in perpetuum carcerem, non debent condemnatos ponere in tali loco vel carcere in quo vivere non poſſint, ſicuti ſunt multi carceres Epiſcoporum Regni Franciæ pro Clericis de atroci crimine damnatis, ubi non vivunt ultra ſex vel octo dies quorum pœna ſeu mors eſt gravior patibulo ſuſpenſorum,
cùm pejori & duriori morte magis languendo intereant; & 10
Officiales tali morte aliquos exponentes, homicidæ & irregu- 11
lares reputantur; magis enim eſt afflictiva illa mors, quæ cum longiori languore fit, *c. Nihil enim, il ſecondo de conſecrat.*
diſt. 5 Undè Seneca: *Acerbiſſima eſt crudelitas quæ pœnam* 12
trahit, ſicut è converſo: *Miſericordiæ genus eſt citò occidere*, *d. c. Nihil enim*; & ita in prædictis Guillelmus de Monte Lauduno in clem. prima 5. *q. de pœnit. & remiſſ.* quem hìc ſequuntur Card. *n.* 9. Anchar. *n.* 8. & 9. & Imol. *n.* 13.
Henr. Boich. *in hoc c. n.* 4. & hoc veriſſimum putat Anchar. 13
ubi ſuprà n. 9. cùm de victu quotidiano vel aliis vitæ neceſſariis tantùm detrahitur, ut veriſimiliter debeat mori; hoc enim occidere eſt, l. *Necare*, *ff. de liber. agnoſc. c. Paſce fame*, 86. *diſt.* nec fuit intentio Canonum, dum ad pœnitentiam peragendam dant panem doloris & aquam anguſtiæ: voluiſſe ut homines citò morerentur, quia ſic viâ indirectâ exercerent Clerici judicium ſanguinis contra omnia jura, ut
c. In Archiepiſcopatu, de raptor. & d. c. Clericus & cap. 14
Sententiam, ne Cler. vel Monach. & faciunt hæc ſecundum Anchar. contra Epiſcopos & Prælatos qui Clericos de atroci crimine damnatos ponunt in gabia vel in loco in quo modico tempore veriſimiliter vivere poſſunt, ut ex hoc homicidæ & irregulares ſint cenſendi, ut dicit Laurentius. Ex quibus etiam patet quàm ſit cavendum ab opinione quorumdam modernorum, qui exiſtimarunt Prælatos Regulares poſſe damnare ſubditum ut fame pereat in carcere: præcipiendo aliis ſubditis, ne cibos ei deferant, inter quos Suarez, *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 10. & 11.

LECTOR.

HÆc habui quæ mihi olim collecta in quinque Decretalium Libros, tecum Pontificio nutu juſſus communicarem: in quibus ſi quid utile aut bonum deprehendas, utere; nec id ingenio vel labori meo in acceptis refer, ſed Æternæ Sapientiæ quæ aperit os mutorum & linguas infantium facit eſſe diſertas. Si quid ſecùs & animadverſione aliquâ vel ſeveriore oculo dignum, ut humanus es, veniam imbecillitati humanæ & infirmitati meæ ne deneges. Cæterùm, quidquid eſt: totum Sacroſanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, Matris omnium Fidelium & Magiſtræ Fidei; & veritatis judicio ac cenſuræ ſubjectum volo, ut ſi quid mihi exciderit dictum ſcriptumve: quod vel minimum ab illius mente abire videatur, pro non dicto ſcriptove ſit. Et ita profiteor & teſtificor coram Deo & Chriſto JESU, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula. Amen.

RUBRICÆ ET CAPITULA HUJUS QUINTI LIBRI DECRETALIUM.

De Accuſationibus, Inquiſitionibus & Denunciationibus. pag. 1

Omnipotens. 1
Qualiter & quando, il ſecondo. 8
Si conſtiterit. 4
Sicut olim. 17

De Adulteriis & Stupro. 134

Pervenit. 134

De Apoſtatis & reiterantibus Baptiſma. 105

Conſultationi. 105

De Clericis pugnantibus in duello. 129

Henricus. 129

De Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante. 175

Illud. 177
Poſtulaſti. 178
Si quis Presbiter. 175

De Clerico per ſaltum promoto. 181

Tuæ litteræ. 181

De Colluſione detegenda 174

Audivimus. 174

De Crimine falſi. 152

Ad falſariorum. 167
Ex conſcientia. 172
Falſidicus. 152
Licet. 164
Super eo. 162

De exceſſibus Prælatorum, & ſubditorum. 189

Accedentibus. 197
Ex litteris. 196
Nimis iniqua. 201
Nimis prava. 203
Sicut unire. 189

De Furtis. 139

Ex litteris. 139

De Hæreticis. 78

Abſolutos, 88
Ad abolendam. 78
Cùm Chriſtus. 78
Vergentis. 84

De Homicidio voluntario, vel caſuali. 107

Ad audientiam. 119
De cætero. 115
Interfeciſti. 108
Petitio. 125
Quidam. 128
Sicut dignum. 111
Significaſti, il ſecondo. 123
Si quis. 107
Suſcepimus. 112
Tua nos. 124

De Judæis & Saracenis & eorum Servis. 77

Poſtulaſti. 77

De Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. 70

Quia nonnullis. 71
Quoniam. 70
Super ſpecula. 75

RUBRICÆ

ET CAPITULA

QUINQUE LIBRORUM

DECRETALIUM.

Ad majorem commoditatem in hunc ordinem diſpoſita.

de *Accuſationibus*, *Inquiſitionibus & Denuntiationibus*. Lib. V. pag. 1

Cap. Omnipotens p. 1
Qualiter & quando, il ſecondo 8
Si conſtiterit. 4
Sicut olim. 17

de *Adulteriis & Stupro*. Lib. V. 134

Pervenit. 134

de *Ætate*, *qualitate & ordine præficiendorum*. Lib. I. 356

Accepimus 395
Cùm contingat. 382
Cum ſit ars 399
Eam te. 371
Indecorum. 366
Præterea. 376
Quæris 378
Ut Abbates. 356

de *Appellationibus*, *Recuſationibus & Relationibus*. Lib. II. 175

Ad noſtram 175
Conſtitutis, il ſecondo. 185
Cum cauſam. 191
De Priore 181
Paſtoralis. 187
Super eo. 177

de *Apoſtatis & reiterantibus Baptiſma*. Lib. V. 105

Conſultationi. 105

de *Arbitris*. Lib. I. 631

Contingit. 639
Cum tempore. 636
Ex parte. 642
Non ſine 631

de *Autoritate, & uſu Pallii* Lib. I. 299

Quia nos. 299

de *Baptiſmo & ejus effectu* Lib. III. 555

Majores 558
Si quis puerum 555

de *Bigamis non ordinandis*. Lib. I. 457

Nuper à nobis. 461
Super eo. 457

de *Capellis Monachorum & aliorum Religioſorum*. Lib. III. 469

Ex parte 473
In Eccleſiis 469

de *Cauſa poſſeſſionis & proprietatis*. Lib. II. 96

Cum Eccleſia. 96

de *Celebratione Miſſarum*, *& Sacramento Euchariſtiæ & Divinis Officiis*. Lib. III. 538

Cum Creatura. 552
Cum Marthæ, §. Quæſiviſti. 445
Dolentes. 546
Presbiter. 538
Quidam. 542

de *Cenſibus*, *Exactionibus & Procurationibus*. Lib. III. 506

Autoritate. 521
Autoritate, *ſcilicet*, *Diſceptatio de Grangiis*. 524
Cum venerabilis. 513
Licet. 506
Olim 510
Procurationes. 514
Venerabili 518

de *Clandeſtina deſponſatione* Lib. IV 27

Cum inhibitio. 33
Quod nobis. 28
Si quis 27

de *Clericis conjugatis*. Lib. III. 20

Joannes. 20

de *Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel præbenda*. Lib. III. 21

Ad audientiam. 53
Clericos. 58
Conquerente. 29
Cum ad hoc. 56
De cætero. 32
Ex geſtis. 21
Ex parte. 35
Ex tuæ. 48
Qualiter. 43
Quia nonnulli. 24
Relatum. 26
Tuæ. 51

de *Clericis pugnantibus in duello*. Lib. V. 129

Henricus. 129

de *Clerico ægrotante vel debilitato*. Lib. III. 145

Conſultationibus. 153
Cùm percuſſio. 145
De Rectoribus. 147
Ex parte. 151

de *Clerico excommunicato, depoſito vel interdicto miniſtrante*. Lib. V. 175

Illud 177
Poſtulaſti 178
Si quis Presbiter. 175

de *Clerico per ſaltum promoto*. Lib. V. 181.

Tuæ litteræ. 181

de *Cognatione ſpirituali*. Lib. IV. 53

Ex litteris. 62
Si vir. 57
Super eo. 58
Veniens. 59
Utrùm autem. 53

de *Cohabitatione Clericorum & mulierum*. Lib. III. 5.

Quæſitum. 16
Veſtra. 5

de *Colluſione detegenda*. Lib. 5. 174

Audivimus. 174

de *Conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis*. Lib. III 173

Litteras. 183
Nulla. 173
Poſtulaſtis. 188
Quia diverſitatem. 180

de *Conditionibus appoſitis, in deſponſatione vel in aliis contractibus*. Lib. IV. 36

Quicunque. 36
Si conditiones. 38
Super eo. 37

de *Confirmatione utili vel inutili*. Lib. II. 192

Si quis. 192

de *Conjugio ſervorum*. Lib. IV. 51

Ad noſtram. 51

de *Conſanguinitate & affinitate*. Lib. IV. 64

Non debet. 67
Quia circa. 66
Quod dilectio. 64
Quod ſuper. 65
Vir qui. 69

de *Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris*. Lib. III. 534

Aqua. 534

de *Conſtitutionibus*. Lib. I. 13

Canonum ſtatuta. 13
Cùm acceſſiſſent. 97
Cùm M. 101
Cùm omnes. 83
Eccleſia S. Mariæ. 108
Ex parte. 113
Ne innitaris. 23
Quæ in Eccleſiarum. 87
Quoniam. 117

de *Conſuetudine*. Lib. I. 174

Conſuetudines. 174
Cùm dilectus. 185
Cùm venerabilis. 184
Quanto. 180

de *Converſione Conjugatorum*. Lib. III. 402

Conjugatus. 415
Cùm iis. 407
Ex parte. 422
Ex publico. 418
Prætereà. 402
Verùm. 405

de *Crimine falſi*. Lib. V. 152

Ad falſariorum. 167
Ex conſcientia. 172
Falſidicus. 152
Licèt. 164
Super eo. 162

de *Decimis, Primitiis & Oblationibus*. Lib. III. 294

Cùm contingat. 297
Cùm in tua. 302
In aliquibus. 303
Nuper. 305
Quoniam. 294

de *Deſponſatione impuberum*. Lib. IV. 18

De illis. 22
Tua. 18
Ubi non eſt. 21

de *Divortiis*. Lib. IV. 91

Ex litteris. 91

de *Donationibus*. L. III. 230
Prudentes. 230

de *Eccleſiis ædificandis vel reparandis*. Lib. III. 585

Ad audientiam il primo. 585

de *Electione & Electi poteſtate*. Lib. I. 199

Cauſam. 237
Cùm ad noſtram. 260
Cùm cauſam. 252
Cùm Eccleſia Vulterana 256
Cùm in cunctis. 222
Cùm in cunct. § inferiora 233
Cùm in magiſtrum. 276
Cùm terra. 243
Dudum, il ſecondo. 245
Licèt de vitanda. 211
Maſſana. 279
Nihil. 273
Noſti. 241
Nullus. 199
Publicato. 282
Qualiter. 244
Querelam. 249
Quia propter. 263
quia prop. § illud autem 268
Quiſquis. 270
Significaſti. 203

de *Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum*. Lib. V. 189

Accedentibus. 197
Ex litteris. 196
Nimis iniqua. 201

Nimis prava. 203
Sicut unire. 189

de *Feriis* Lib. II. 77

Capellanus. 77
Conqueſtus. 79

de *Feudis*. Lib. III. 215

Ex parte. 218
Inſinuatione. 215

de *Fide inſtrumentorum*. Lib. II. 149

G. Perpetuus. 149

de *Filiis Presbiterorum ordinandis vel non*. Lib. I. 423

Ad abolendam. 436
Ad extirpandas. 432
Conſtitutus. 442
Ex tranſmiſſa. 429
Nimis. 437
Veniens. 427
Ut filii. 423

de *Foro competenti*. Lib. II. 27

Cùm contingat. 58
Ex parte. 63
Licèt. 53
Nullus. 35
Propoſuiſti. 68
Si Clericus. 43
Significaſti. 65
Si quis. 27
Verùm. 50

de *Furtis*. Lib. V. 139

Ex litteris. 139

de *Hæreticis*. Lib. V. 78

Abſolutos. 88
Ad abolendam. 78
Cùm Chriſtus. 78
Vergentis. 84

de *His quæ fiunt à majori parte Capituli*. Lib. III. 207

Cùm in cunctis. 207

de *His quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*. Lib. III. 197

Cùm Apoſtolica. 197

Et ſi membra. 204
Paſtoralis. 199

de *His quæ vi, metuſve cauſa fiunt*. Lib. I. 618.

Perlatum. 618
Sacris. 625

de *Homicidio voluntario vel caſuali*. Lib. V. 107.

Ad audientiam. 119
De cætero. 115
Interfeciſti. 108
Petitio. 125
Quidam. 128
Sicut dignum. 111
Significaſti, il ſecondo. 123
Si quis. 107
Suſcepimus. 112
Tua nos. 124

de *Immunitate Eccleſiarum Cœmeterii & rerum ad eas pertinentium* Lib. III. 591

Eccleſiæ. 607
Immunitatem. 610
Inter alià. 599
Non minus. 593
Pervenit. 591

de *In integrum reſtitutione*. Lib. I. 628

Requiſivit. 628

de *Inſtitutionibus*. Lib. III. 160

Cùm veniſſent. 169
Ex frequentibus. 168
Nonampliùs. 160

de *Judæis & Saracenis & eorum ſervis*. Lib. V. 77

Poſtulaſti. 77

de *Judiciis*. Lib. II. 1

Cæterùm. 1
Cùm non ab homine. 4
Cùm veniſſent. 12
Decernimus. 1
Venerabilis. 24

de *Jurejurando* Lib. II. 151

Ego N. 151
Veniens. 158

de *Jure patronatûs*. Lib. III. 477.

Conſultationibus. 489
Cùm autem. 491
Cùm propter. 497
Ex litteris. 484
Nobis. 494
Perlatum. 477
Poſtulaſti. 504
Quoniam. 479

de *Litis conteſtatione*. Lib. II. 71

Olim. 71

de *Locato & conducto*. Lib. III. 213

Potuit. 213

de *Magiſtris & ne aliquid exigatur pro licentia docendi*. Lib. V. 70

Quia nonnullis. 71
Quoniam. 70
Super Specula. 75

de *Majoritate & obedientia*. Lib. I. 557

Cùm certum. 557
Cùm in Eccleſiis. 564
Cùm olim. 572
His quæ. 566
Quod ſuper his. 560

de *Maledicis*. Lib. V. 175

Innotuit. 175

de *Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ*. Lib. IV. 72

Litteræ quas. 72

Ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant. Lib. III. 613

Multa. 613
Non magnoperè. 620
Relatum. 624
Secundum. 622
Sententiam. 640
Sicut te. 635
Super ſpecula. 641

Ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. Lib. V. 59

Præterea. 59
Quoniam. 68

Ne Sede vacante aliquid innovetur. Lib. III. 191

Illa. 194
Novit. 191

de *Novi operis nunciatione.* Lib. V. 210

Cùm ex injuncto. 210

de *Obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non.* Lib. I. 444

Magnus. 444

de *Obſervatione Jejuniorum* Lib. III. 576

Conſilium. 576
Explicari. 581

de *Officio Archidiaconi.* Lib. I. 468

Ad hæc. 468
Dilecto. 475
Significaſti. 471

de *Officio Archipresbiteri.* Lib. I. 475

Ut Archipresbiter. 475

de *Officio Cuſtodis.* Lib. I. 476

Cuſtos Eccleſiæ. 476

de *Officio Vicarii.* Lib. I. 477

Ex parte. 477

de *Officio & poteſtate Judicis delegati.* Lib. I. 480

Cùm in jure. 490
Ex parte, il primo 485
Quoniam. 487
Sanè, il ſecondo. 480
Significantibus. 493

de *Officio legati.* Lib. I. 500

Studuiſti. 500

de *Officio Judicis ordinarii.* Lib. I. 505

Conquerente. 537
Cùm ab Eccleſiarum. 511
Cùm Vos. 514
Dilectus. 546
Grave. 549
Inter cætera. 533
Irrefragabili. 526
Irrefragabili §. Exceſſus 527
Irrefragabili §. Cæterùm 531
Pernicioſam. 505
Quanto. 518
Ut juxta. 543

de *Ordinatis ab Epiſcopo qui renunciavit Epiſcopatui.* Lib. I. 347

Requiſivit. 347

de *Ordine cognitionum.* Lib. II. 87

Intelleximus. 87
Tuam. 90

de *Pactis.* Lib. I. 580

Accepimus. 606
Antigonus. 586
Cùm pridem. 592

de *Parochiis & alienis Parochianis.* Lib. III. 284

Nullus. 286
Si Epiſcopus. 284
Significavit. 290

de *Peculio Clericorum.* Lib. III. 232

Si quis ſanè. 232

de *Pœnis.* Lib. V. 261

Licèt. 264
Presbiteri. 261
Tuæ. 267

de *Pœnitentiis & remiſſionibus.* Lib. V. 270

Cùm ex eo. 394
Manifeſta. 267
Ne pro dilatione. 297
Officii. 281
Omnis. 285
Quæſitum. 279
Qui Presbiterum. 270

de *Poſtulando:* Lib. I. 614

Clerici. 614
Cùm Sacerdotis. 617

de *Poſtulatione Prælatorum.* Lib. I. 192

Bonæ memoriæ. 192
Et ſi unanimiter. 197

de *Præbendis & dignitatibus.* Lib. III. 61

Ad hæc. 78
Cùm jamdudum. 88
Cùm ſecundum. 83
De multa. 109
Dilecto. 104
Dilectus, il primo. 95
Dilectus, il ſecondo. 106
Epiſcopus. 64
Expoſuiſti. 135
Extirpandæ. 117
Extirpandæ §. Qui verò 119
Grave. 115
Licèt. 124
Niſi eſſent. 98
Non liceat. 61
Præterea. 82
Quia in tantum. 69
Referente. 72
Significatum. 74
Super inordinata. 140

de *Presbitero non baptizato.* Lib. III. 567

Veniens. 567

de *Præſcriptionibus.* Lib. II. 160

Auditis. 160
Cùm olim. 163

de *Privilegiis & exceſſibus Privilegiatorum.* Lib. V. 216

Cùm Capella. 234
Cùm & plantare. 220
Cùm olim, il primo. 231
Cùm olim, il ſecondo. 233
Epiſcopalia. 216
Ex parte, il ſecondo. 239
Ex parte, il terzo. 256
In his. 257
Patentibus. 222
Quanto. 254
Quod nonnullis. 251
Quoniam. 246
Tua-

Tuarum 225
Ut privilegia. 247

de *Probationibus.* Lib. II. 112

Ex Epiſtolæ. 112
In præſentia. 119
Per tuas. 129
Poſt ceſſionem. 117
Sicut. 115

Qui Clerici vel voventes Matrimonium contrahere poſſunt. Lib. IV. 41

Conſuluit. 41
Inſinuante. 45

Qui filii ſint legitimi. Lib. IV. 75

Lator. 75
Per tuas. 89

de *Rebus Eccleſiæ non alienandis.* Lib. III. 209

Ad noſtram. 213
Nulli. 209

de *Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.* Lib. III. 309

Ad Apoſtolicam 357
Ad noſtram. 329
Conſulti. 373
Cùm ſimus. 355
Cùm virum. 343
Ex parte. 380
Licèt. 367
Ne Religioſi. 389
Non eſt vobis. 326
Nullus. 309
Porrectum. 349
Sane. 333
Sicut nobis. 363
Significatum. 337
Si quis. 313
Statuimus. 383
Vidua. 322
Ut Clerici. 322

de *Religioſis Domibus ut Epiſcopo ſint ſubjectæ.* Lib. III. 455

Ad hæc. 458
Conſtitutus. 465
Cùm dilectus. 466

De Xenodochiis. 455
Inter quatuor. 464

de *Reliquiis & Veneratione Sanctorum.* Liber III. 567

Audivimus. 567
Cùm ex eo. 573

de *Renunciatione.* Lib. I. 301

Admonet. 303
Ad ſupplicationem. 306
Dilecti. 319
Ex tranſmiſſa. 301
Niſi cùm pridem. 308
Poſt tranſlationem. 316

de *Reſcriptis.* Lib. I. 128

Ad audientiam, il primo. 141
Ad audient. il ſecondo. 159
Cauſam quæ. 142
Cæterùm. 128
Dilectus, il primo. 171
Eam te. 138
Edoceri. 169
Inter cæteras. 133
Nonnulli. 152
Super litteris. 145

de *Reſtitutione ſpoliatorum.* Lib. II. 100

Conquerente. 100
Gravis. 101
Litteras. 110

de *Sacramentis non iterandis* Lib. I. 418

Presbiter. 418

de *Sacra Unctione.* Lib. I. 405

Cùm veniſſet. 405
Cùm veniſſet. § Per front. 416

de *Schiſmaticis & ordinatis ab eis.* Lib. V. 90

Quod à prædeceſſore. 90

de *Secundis Nuptiis.* Lib. IV. 93

Vir qui. 93

de *Sententia & re judicata.* Lib. II. 198

Cùm inter vos. 173
Cùm olim. 170
Non poteſt. 168

de *Sententia Excommunicationis.* Lib. V. 303

A nobis, il primo. 305
A nobis, il ſecondo. 316
Contingit, il ſecondo. 341
Cùm illorum. 323
Cùm non ab homine. 303
Cùm pro cauſa. 313
Cùm voluntate. 349
In audientia. 312
Inquiſitioni. 341
Nuper. 319
Perpendimus. 310
Per tuas. 326
Pervenit. 303
Reſponſo. 332
Sacro. 344
Si aliquando. 330
Ut famæ. 326

de *Sepulturis.* Lib. III. 273

Fraternitatem. 273

de *Simonia & nè aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur.* Lib. V. 24

Accuſatum. 29
Ex diligenti. 30
In ordinando. 24
Licèt Heli. 43
Mandato. 52
Nobis. 31
Per tuas, il primo. 44
Quoties. 30
Tua nos. 49

de *Solutionibus.* Lib. III. 221

Ad hoc. 221
Odoardus. 224

de *Sponſa duorum.* Lib. IV. 35

Licèt. 35

de *Sponſalibus & Matrimoniis.* Lib. IV. 1

Ad audientiam. 3
Conſultationi. 14
De Francia. 1
Ex litteris, il primo 6

Ex litteris, il ſecondo. 7
Is qui fidem. 15
Juvenis. 2
Non eſt vobis. 7
Si inter virum. 17
Sponſam. 6
Tuæ fraternitati. 11

de *Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.* Lib. III. 426

Cùm ad Monaſterium. 445
In ſingulis. 452
Monachi. 426
Quòd Dei timorem. 442
Recolentes. 436

de *Succeſſionibus ab inteſtato.* Lib. III. 271

Cùm dilectus. 271

de *Summa Trinitate & Fide. Catholica.* Lib. I. 1

Damnamus 9
Firmiter. 1

de *Supplenda negligentia Prælatorum.* Lib. I. 322

Statuimus 322

de *Temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum.* Lib. I. 327

Ad aures. 333
De eo. 327
Dilectus. 343
Ex parte. 338
Ex tenore. 331
Litteras. 338
Nec Epiſcopi. 337
Si Archi-Epiſcopus. 336
Vel non eſt compos. 339

de *Teſtamentis & ultimis voluntatibus.* Lib. III. 239

Cùm eſſes. 250
Joannes. 259
Nos quidem. 244
Quia ingredientibus. 239
Relatum, 262
Tua nobis. 264

de *Teſtibus & atteſtationibus.* Lib. II. 132

Conſtitutis, il primo. 139
In nomine Domini. 132
Intimavit. 136
Licèt univerſis. 137
Non debet. 145
Præſentata. 140
Venerabili. 142

de *Teſtibus cogendis, vel non.* Lib. II. 146

Pervenit, il primo. 146

de *Tranſactionibus.* Lib. I. 511

Veniens. 511

de *Tranſlatione Epiſcopi.* Lib. I. 289

Cùm ex illo. 289
Quanto. 291

de *Treuga & Pace.* Lib. I. 579

Innovamus. 585
Treugas. 579

de *Verborum ſignificatione.* Liber V. 352

Novimus. 357
Olim. 352

de *Vita & honeſtate Clericorum.* Lib. III. 1

A crapula. 1

de *Voto & Voti redemptione.* Lib. III. 425

Litteraturam. 425
Quod ſuper his. 425

de *Uſuris.* Lib. V. 139

Conſuluit. 144
In civitate. 139
Naviganti. 145

FINIS.

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Numeri marginales indicant Librum; alii verò Paginam.

A

2 A Præpoſitio deſignat principium temporis & terminum à quo in cap. Ego N. n. 38. de jurejur. pag. 555
3 Et ex ſui natura eſt excluſiva, præſertim conjuncta tempori in cap. Super inordinata, num. 29. de præb. 143
A Dictio denotat cauſam efficientem in c. Cùm olim, il ſecondo, num. 15. de privil. 232

ABBAS Joachimus : vide *Joachimus Abbas.*

1 Abbas Panormitanus & Ludovicus Romanus habiti in Concilio Baſileenſi tanquam duo Orbis Sidera in cap. Significaſti, num. 45. de elect. 208
1 Iidem hoſtes acerrimi Pontificiæ dignitatis, ibid. num 49. & 56. 209
1 Abbas Archiepiſcopus Panormitanus in ſchiſmate Baſileenſi creatus fuit Cardinalis à Felice Antipapa, ibidem, num. 56. 209
1 Introducentibus in Concilium multitudinem Presbiterorum ob defectum Epiſcoporum liberè contradixit, ibidem, num. 57. 209
1 Abbas Siculus ab aliquibus incautè allegatur ſuper capitibus hujus tituli in c. Ex tranſmiſſa, num. 6. de filiis Presbiter. 430
1 Abbatis Panormitani & aliorum error circa præſidentiam Papæ in Concilio Affricano in c. Antigonus, num. 1. & 65. de Pact. 587
3 Abbas Panormitanus autoritatis Concilii contra Papam acerrimus propugnator in cap. Majores, num. 3. de Baptiſmo. 561

Abbas communia.

1 Abbates ex conſuetudine alicubi dicuntur Rectores Eccleſiarum ſæcularium in cap. Ex tranſmiſſa, num. 2. de Renunc. 302
1 Et alibi reperiuntur Abbates ſæculares, ibid. n. 3. 302
1 Et multis in locis Conſules & Rectores Artium Abbates appellantur, ibid. n. 4. 302
1 Sed Abbas propriè eſt Caput Monaſterii Monachorum, ibidem num. 5. 302
5 Abbas venit appellatione Monachorum in materia indifferenti in c. Mandato, n. 1. & 4. de Simonia. 3
1 Abbas in cauſa Monaſterii convenitur per reſcriptum in quo nulla fit mentio de conventu, nec propriè appellari poteſt, niſi Abbatis & Conventûs bona eſſent diſtincta omninò in c. Edoceri, n. 1. de reſcript. 169

Abbas quoad curam animarum.

3 Abbas Monaſterii cui animarum cura perſonarum ſæcularium incumbit ob non promotionem infra annum non incidit in pœnam, c. Licet Canon. de elect. lib. 6. in c. In Eccleſiis n. 8. de Capel. Monach. 471
3 Abbas Monaſterii curati an habeat ſaltem curam habitualem, ibid. n. 12. 471
1 Abbas curam habet ſaltem fori Pœnitentialis reſpectu Monachorum ſuorum in c. Cùm in cunctis, num. 148. de elect. 233
Vide in verbo *Regulares quoad curam animarum Prælatus.*

Abbas quoad degradationem.

3 Abbates non debent intereſſe examini vel proceſſui degradationis, ſed tantùm actuali degradationi aſſiſtere ut Aſſeſſores in c. Aqua, n. 32. de conſecr. Eccleſ. vel Altar. 137
Vide in verbo *Degradatio.*

Abbas quoad dignitatem, officium & poteſtatem.

3 Abbates Titulares in Sinodis & aliis functionibus præcedunt Commendatariis in c. In Eccleſiis, n. 22. de Capel. Monach. 472
1 Abbas ante Benedictionem poteſt exercere ea quæ ſunt officii in c. Quanto, n. 24. de Conſuet. 182
5 Abbates habent dignitatem excellentiæ & primam poſt Epiſcopalem in cap. Accedentibus, num. 28. de exceſſ. Prælat. 199
5 Ac ſi proprium territorium habeant cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, excluſis Epiſcopis, veniunt appellatione Diœceſani, ibid. n. 29. 199
1 Abbas an debeat priùs benedici, an in Presbiterum ordinari in c. Ut Abbates, n. 4. de ætat. & qualit. 357
1 Abbas de jure antiquo eſſe poterat etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus: quin imò & laïcus, ibid. n. 8. 358
1 Abbates, Decani, Præpoſiti, Archidiaconi & Archipresbiteri ſunt Prælati, ibid. n. 14. 358
1 Abbates Titulares vel habentes uſum Mitræ in Sinodis Provincialibus præcedunt Commendatariis, ibid. n. 17. 358
1 In Concilio Tridentino ſedebant immediatè poſt Epiſcopos, ibid. n. 18. 359
1 Abbas Claravallenſis inter Abbates primus, ibid. 359
3 Abbates Vallis Umbroſæ tenentur reſidere in loco Abbatiæ vel Prioratûs, licèt hic non poſſit Collegium Monachorum ſuſtentari in c. Licèt, n. 66. de Præb. 129
1 Abbas ſemel benedictus non poteſt iterùm benedici in cap. Presbiter, n. 3. de ſacr. non iteran. 419
1 Abbas propter contumaciam Epiſcopi in benedicendo recipit poteſtatem alios benedicendi, perindè ac ſi eſſet benedictus in cap. Statuimus, num. 1. de ſuppl. negl. Prælat. 323
1 Abbas ante benedictionem non conſequitur poteſtatem ſpiritualem, id eſt facultatem benedicendi Monachos & minores Ordines conferendi, ibid. n. 2. 323
1 Benedictio Abbatis & conſecratio Epiſcopi in quibus differant, ibid. n. 4. 323
1 Abbates & alii inferiores Prælati in quo actu juriſdictionem accipiant, ibid. n. 22. 324
1 Abbas eligi non poteſt non profeſſus in c. Cùm magiſtrum, n. 1. de elect. 277
3 Abbas ſolus non poteſt quemquam recipere ad habitum & profeſſionem, ſed cum majori parte Conventus in cap. Ad Apoſtolicam, n. 16. de Regular. 359
3 Abbas poteſt Monachi receptionem demandare alteri etiam laïco, ibid. n. 18. 360
3 Abbas diſpenſare non poteſt ut Monachus vivat diſſolutè in c. Sicut nobis, n. 5. de Regular. 364
3 Abbas tacitè profeſſus, quamvis amoveri poſſit ab Abbatia: tamen cogendus eſt expreſſam profeſſionem emittere in c. Quia ingredientibus, n. 33. de teſtam. 241
2 Abbas an habeat juriſdictionem de jure communi, quæ prorogari poſſit etiam per Clericos ſæculares in c. Significaſti, n. 2. & ſeq. uſque ad n. 11. de for. compet. 65
5 Abbas Monaſterium ſuum alteri ſubjicere vel unire non poteſt ſine autoritate Diœceſani, etiam de Metropolitani conſenſu in c. Sicut unire, n. 1. de exceſſ. Prælat. 19
3 Abbas propter ſenium aut nimiam ægritudinem non debet ab officio removeri, ſed dandus eſt illi Coadjutor in c. Conſultationibus, n. 4. & 71. de Cler. ægrot. 154
1 Abbatiali, Sede vacante, Epiſcopus de jure ſuccedit in facultate dandi licentiam Monacho acceptandi executionem teſtamenti in c. His quæ, num. 41. de major. & obed. 569
1 Abbas agere poteſt pro Eccleſiis ſeu Capellis ſuo Monaſterio ſubjectis, ne in debitis graventur oneribus in cap. Conquerente, n. 4. de offic. Ordin. 538
1 Sed ſi illarum Rectores agere voluerint, erunt præponendi, ibid. n. 5. 538
1 Abbas eſt nomen potiùs ſollicitudinis quàm honoris in cap. Quia propter, n. 10. de elect. 265
1 Dicitur tamen Paſtor & per ejus obitum Eccleſia remanet viduata, ibid. n. 11. 265
1 Abbas & Conventus unum corpus conſtituunt in c. Cùm Eccleſia vulterana, n. 24. de elect. 259
1 Abbas poteſt compromittere in ipſum Capitulum in cap. Licèt de vitanda, n. 70. de elect. 218
1 Abbas vel Abbatiſſa poſſunt eſſe in judicio ſine conſenſu Monachorum vel Monialium in c. Perlatum, n. 2. de his quæ vi met. cauſ. 619